



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta  
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ  
Theologiæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Qvaestio LXIX. De beatitudine.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)



AD SECUNDVM Dicendum, qd aliquid est prius al-  
tero dupliciter. Vno modo ordine perfectionis & di-  
gnitatis, sicut dilectio Dei est prior dilectione proxi-  
mi, & hoc modo dona sunt priora uirtutibus intel-  
lectualibus & moralibus: posteriora uero uirtutibus  
theologicis. Alio modo ordine generationis, seu di-  
spostionis, sicut dilectio proximi precedit dilectio-  
nem Dei quantum ad actum, & sic uirtutes morales  
& intellectuales precedunt dona, quia per hoc quod  
ho bene se habet circa rationem propriam, disponi-  
tur ad hoc quod se bene habeat in ordine ad Deum.

AD TERTIVM Dicendum, quod sapientia & intel-  
lectus, & alia huiusmodi, sunt dona Spiritus sancti,  
secundum quod per charitatem informantur, quae  
non agit perperam, ut dicitur I. ad Cor. 13. & ideo sa-  
pientia, & intellectus, & alii huiusmodi nulli male  
utitur, secundum quod sunt dona Spiritus sancti, sed  
ad hoc quod a charitatis perfectione non recedant,  
unum ab altero adiuuatur. & hoc est quod Greg. in-  
tendit dicere.

¶ Super quest. sexagesi-  
mam nonam & se-  
ptuagesimam.

QVAESTIO LXIX.

De beatitudinibus, in quatuor articulos  
diuisa.

¶ Questio .69 & 70.  
lect. frequenti  
meditatione q.  
ingi egent, non expo-  
sitione: duo tamen No-  
uissimi quod ad specula-  
tionem aduertant, al-  
terum in 69. scilicet,  
q. licet dona omnia  
supradicta sint se ha-  
bere ut exequia in  
in ordine ad instinctu  
Spiritus sancti, sicut mo-  
rales uirtutes in ordi-  
ne ad rationem, si com-  
parantur tamen dona  
inter se, aliqua dicuntur  
dirigentia, ut sa-  
pientia scientia, & co-  
sillium, & aliqua exe-  
quentia, ut reliqua.

DEINDE considerandum  
est de beatitudinibus.  
ET CIACA hoc quaerun-  
tur quatuor.

- ¶ Primò, Vtrum beatitudines a donis & uirtutibus distinguantur.
- ¶ Secundò, De premiis beatitudinum, utrum pertineant ad hanc uitam.
- ¶ Tertio, De numero beatitudinum.
- ¶ Quarto, De conuenientia praemiorum, quae eis attribuuntur.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum beatitudines distinguantur a uirtutibus & donis.

AD PRIMVM sic proceditur.  
Videtur, quod beatitudines a uirtutibus & donis non distinguantur. Aug. enim in li. de ser. do. in monte, \* attribuit beatitudines, in Matt. enumeratas, donis Spiritus sancti. Ambr. t. aut super Lucam attribuit beatitudines ibi enumeratas quatuor uirtutibus cardinalibus. ergo beatitudines & donis.

q. 70. art. 2.  
co. & 3. diff.  
34. q. 1. ar. 4.  
& 1. r. 1. c. 1.  
2. & Mart. 5.  
li. 1. c. 9. pau-  
lo non prin-  
cip. cor. 4.  
Amb. li. 5. in  
In. super il-  
lud. Lu. Bea-  
ti papes scri-  
ptu circa h.  
10. 3.

¶ 2. Prae. Humane uoluntatis non est nisi duplex regula. scilicet, & lex aeterna, ut supra dictum est: \* sed uirtutes perficiunt hominem in ordine ad rationem, dona autem in ordine ad legem aeternam Spiritus sancti, ut ex dictis patet. t. ergo non potest esse aliquid aliud pertinens ad rectitudinem uoluntatis humane praeter uirtutes & dona. non ergo beatitudines ab eis distinguuntur.

¶ 3. Prae. In enumeratione beatitudinum ponitur mititas, & iustitia, & misericordia, quae dicuntur esse quaedam uirtutes. ergo beatitudines non distinguuntur a donis & uirtutibus.

q. 19. ar. 4.

q. 68. ar. 1.

SED CONTRA est, quod quaedam enumerantur inter beatitudines, quae nec sunt uirtutes, nec dona, sicut paupertas, & iustus, & pax. differunt ergo beatitudines a uirtutibus, & a donis.

RESPON. Dicendum, qd sicut supra dictum est. Beatitudo est ultimus finis humanae uitae. Dicitur aliquis iam finem habere propter spem finis obtinendi. unde & Philosophus dicit in 1. Ethic. \* quod praerogati dicuntur beati propter spem. Et Apostolus dicit Ro. 8. Spe salui facti sumus. Spes autem de fine consequendo insurgit ex hoc, quod aliquid conuenienter mouetur ad finem, & appropinquat ad ipsum, quod quidem fit per aliquam actionem. Ad finem autem beatitudinis mouetur aliquis, & appropinquat per operationes uirtutum, & praecipue per operationes donorum, si loquamur de beatitudine humana, ad quam ratio non sufficit, sed in eam induit Spiritus sanctus, ad cuius obedientiam & sequentiam per dona perficimur, & ideo beatitudines distinguuntur quidem a uirtutibus & donis, non sicut habitus ab eis distincti, sed sicut actus distinguuntur ab habitibus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Aug. & Ambr. tribuunt beatitudines donis & uirtutibus, sicut actus attribuuntur habitibus. Dona autem sunt eminentiora uirtutibus cardinalibus, ut supra dictum est: \* & ideo Ambr. exponens beatitudines tribuendo propositas, attribuit eas uirtutibus cardinalibus. Aug. autem exponens \* beatitudines discipulis propositas in monte, tanquam perfectioribus, attribuit eas donis Spiritus sancti.

AD SECUNDVM dicendum, quod ratio illa probat, quod non sunt alii habitus rectificantes humanam uitam praeter uirtutes & dona.

AD TERTIVM dicendum, quod mititas accipitur pro actu mansuetudinis. Et similiter dicitur esse de iustitia, & misericordia, & quamuis haec uirtutes esse uirtutes, attribuuntur tamen donis: quia dona perficiunt hominem circa omnia, circa quae perficiunt uirtutes, ut dictum est.\*

ARTICVLVS II.

Vtrum premia, quae attribuuntur beatitudinibus, ad hanc uitam pertineant.

AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur, quod premia, quae attribuuntur beatitudinibus, non pertinent ad hanc uitam. Dicitur enim aliquibus tribui propter spem praemiorum, ut dictum est: \* sed electum spei beatitudo est futura. ergo premia pertinent ad uitam futuram.

¶ 2. Prae. Luc. 6. ponuntur quaedam poenae per oppositum ad beatitudines, cum dicitur, Ve uobis qui esuritis, quia esurietis; Ve uobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis; sed iste poena non intelligitur in hac uita, quia frequenter homines in hac uita poenuntur, secundum illud Iob 21. Ducunt in bonos dies suos. ergo nec poenae beatitudinum pertinent ad hanc uitam.

¶ 3. Prae. Regnum caelorum quod ponitur praemium poenitentiae, est beatitudo caelestis, ut Aug. dicit 19. de ciuitate Dei. plena est saturitas non nisi in futura uita habetur, secundum illud ps. 16. Satiabor, dum apparuerit gloria tua. Visio etiam Dei, & manifestatio filiationis diuinae ad uitam futuram pertinent, secundum illud 1. Io. 3. Nunc filii Dei sumus, & nondum apparuerit. scimus quoniam cum apparuerit, similes erimus; quoniam uidebimus cum sicuti est. ergo poenae illa pertinent ad uitam futuram.



ARTICVLVS III.

¶ Vtrum conuenienter enumerentur beatitudines.

**A**D TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod inco-  
uenienter enumerentur beatitudines. Attribu-  
tur enim beatitudines donis, ut dictum est. \* dono-  
rum autem quaedam pertinent ad uitam contempla-  
tiuam, scilicet sapientia, & intellectus: nulla autem bea-  
tudo ponitur in actu contemplationis: sed omnes  
in his que pertinent ad uitam actiuam, ergo insuffi-  
cienter beatitudines enumerantur.

**¶ 2 Præ.** Ad uitam actiuam non solum pertinent  
dona exequentia, sed etiam quaedam dona dirigen-  
tia, ut scientia, & consilium: nihil autem ponitur in-  
ter beatitudines quod directe ad actum scientie, uel  
consilii pertinere uideatur, ergo insufficienter beati-  
tudines tanguntur.

**¶ 3 Præ.** Inter dona exequentia in uita actiua, timor  
ponitur ad paupertatem pertinere: pietas autem ui-  
detur pertinere ad beatitudinem misericordiae: nihil  
autem ponitur directe ad fortitudinem pertinens, er-  
go insufficienter enumerantur beatitudines.

**¶ 4 Præ.** In sacra scriptura tanguntur multae aliae bea-  
titudines, sicut lob. 5. dicitur. Beatus homo qui cor-  
ripitur a Deo. Et in Psalm. 1. dicitur, Beatus uir qui non  
abit in consilio impiorum. Et Prou. 3. Beatus uir qui  
inuenit sapientiam, ergo insufficienter beatitudines  
enumerantur.

**S**ED CONTRA. Videtur, quod superflue enume-  
rentur, sunt enim septem dona Spiritus sancti: beati-  
tudines autem tanguntur in octo. ¶ Præ. Luc. 6. po-  
nuntur quatuor tantum beatitudines, superflue ergo  
enumerantur septem, uel octo in Mattheo.

**R**ESPON. Dicendum, quod beatitudines istae con-  
uenientissime enumerantur. Ad cuius euidentiam est  
considerandum, quod triplicem beatitudinem aliq-  
posuerunt. Quidam enim posuerunt beatitudinem  
in uita uoluptuosa, quidam in uita actiua, quidam ue-  
ro in uita contemplatiua. Haec autem tres beatitudines  
diuersimode se habent ad beatitudinem futuram, cu-  
cuius spe dicimur hic beati. Nam beatitudo uoluptuo-  
sa, quia falsa est, & rationi contraria, impedimentum  
est beatitudinis futurae. Beatitudo uero actiua: uir-  
tis dispositiua est ad beatitudinem futuram. Beatitudo au-  
tem contemplatiua, si sit perfecta, est essentialiter ip-  
sa futura beatitudo: si autem est imperfecta, est qua-  
dam inchoatio eius. & ideo Dominus primo quidem  
posuit quasdam beatitudines quasi remouentes im-  
pedimentum uoluptuosae beatitudinis. Consistit. n.  
uoluptuosa uita in duobus. Primo quidem in afflu-  
tia exteriorum bonorum, siue sint diuitie, siue sint  
honores, a quibus quidem retrahitur homo per uir-  
tutem sic, ut moderate eis utatur; per donum au-  
tem excellentiori modo, ut. f. homo totaliter ea con-  
temnat. Vnde prima beatitudo ponitur, Matt. 4. Beati  
pauperes spiritu, quod potest referri uel ad contem-  
ptum diuitiarum, uel ad contemptum bonorum,  
quod fit per humilitatem. Secundo uero uoluptuo-  
sa uita consistit in sequendo proprias passiones siue  
irascibilis, siue concupiscibilis. A sequela autem pas-  
sionum irascibilis retrahit uirtus, ne homo in eis su-  
persuat, secundum regulam rationis: donum autem  
excellentiiori modo, ut. f. homo secundum uolunta-  
tem diuinam totaliter ab eis tranquillus reddatur.  
Vnde secunda beatitudo ponitur, Beati mites. A se-  
quela uero passionum concupiscibilis retrahit uir-  
tus, moderate huiusmodi passionibus utendo: donum  
uero eas, si necesse fuerit, totaliter abiciendo, quoniam

Prima Secundae S. Thomae. T 2 mo

**S**ED CONTRA est, quod Aug. dicit in lib. de ser. do-  
mini in monte. \* Ista quidem in hac uita compleri  
possunt, sicut completa in Apostolis esse credimus;  
nam illa omnimoda, & in angelicam formam uita  
tio, quae post hanc uitam promittitur, nullis uerbis  
exponi potest.

**R**ESPON. Dicendum, quod circa ista praemia ex-  
positores sacrae scripturae, diuersimode sunt locuti.  
Quidam. n. omnia ista praemia ad futuram beatitudi-  
nem pertinere dicunt, sicut Amb. super Luc. \* Aug.  
uero dicit ea ad praesentem uitam pertinere. Chrys. ¶  
autem in suis Homiliis, quaedam eorum dicit perti-  
nere ad futuram uitam, quaedam autem ad praesentem.  
Ad cuius euidentiam considerandum est, quod spes futurae  
beatitudinis potest esse in nobis propter duo. Primo  
quidem propter aliquam praeparationem, uel dispo-  
sitionem ad futuram beatitudinem, quod est per mo-  
dum meriti: alio modo per quandam inchoationem  
imperfectam futurae beatitudinis in uiris sanctis etiam  
in hac uita. Aliter enim habetur spes fructificatio-  
nis arboris, cum uirescit frondibus, & aliter cum iam  
primordia fructuum incipiunt apparere. Sic igitur  
ea, quae in beatitudinibus tanguntur tanquam merita,  
sunt quaedam praeparationes, uel dispositiones ad  
beatitudinem, uel perfectam, uel inchoatam; ea uero  
quae ponuntur tanquam praemia, possunt esse uel ip-  
sa beatitudo perfecta, & sic pertinent ad futuram ui-  
tam: uel aliqua inchoatio beatitudinis, sicut est in ui-  
ris perfectis, & sic praemia pertinent ad praesentem  
uitam. Cum enim aliquis incipit proficere in acti-  
bus uirtutum & donorum, potest sperari de eo, quod  
perueniet ad perfectionem uiae, & ad perfectionem  
patriae.

**A**D PRIMVM ergo dicendum, quod spes est de fu-  
tura beatitudine sicut de ultimo fine: potest etiam ef-  
se & de auxilio gratiae, sicut de eo quod dicitur ad finem,  
secundum illud ps. 27. In Deo sperauit cor meum  
& adiuuus sum.

**A**D SECUNDVM dicendum, quod mali est interdum  
in hac uita temporales poenas non patiantur, patiantur  
tamen spirituales. vnde Aug. dicit in 1. Confes. \*  
Iussisti domine, & sic est, ut poena sibi sit inordinatus  
animus. Et Philosophus dicit in 9. Eth. 7. de malis, quod  
contendit ipsorum anima, hoc quidem huc trahit, il-  
lud autem illuc. & postea concludit. Si autem sic mi-  
serum est malum esse, fugiendum est malitiam inten-  
se, & similiter econuerso. boni est in hac uita quan-  
doque non habeant corporalia praemia, nunquam  
tamen deficiunt a spiritualibus etiam in hac uita, se-  
cundum illud Matth. 9 & Mar. 10. Centuplum acci-  
pitis, etiam in hoc seculo.

**A**D TERTIVM dicendum, quod omnia illa praemia perfecte  
quidem consumabuntur in uita futura, sed interim  
etiam in hac uita quodammodo inchoantur. Nam reg-  
num caelorum, ut Aug. dicit, potest intelligi perfecta  
sapientie initiu, secundum quod incipit in eis spi-  
ritus regnare. Possessio etiam terrae significat affectum  
bonum in animae quiescentis per desiderium in stabili-  
tate hereditatis perpetuae per terram significatam. Co-  
solatur autem in hac uita per Spiritum sanctum, qui  
paracletus, id est, consolator dicitur, participando.  
Saturantur etiam in hac uita illo cibo, de quo domi-  
nus dicit. Meus cibus est, ut faciam uoluntatem Pa-  
tris mei. In hac etiam uita consequuntur homines  
misericordiam Dei. In hac etiam uita purgato oculo  
per donum intellectus, Deus quodammodo uideri  
potest. Similiter etiam in hac uita qui motus suos pa-  
ciscent ad similitudinem Dei accedentes, filii Dei  
nominantur: tamen haec perfectus erunt in patria.



mo si necessarium fuerit, uoluntarium luctum affluendo. Vñ tertia beatitudo ponitur, Beati qui lugent.

Actiua uero uita in his consistit precipue, que proximis exhibemus uel sub ratione debiti, uel sub ratione spontanei beneficii. & ad primum quidem nos uirtus disponit, ut ea que debemus proximis, non recusemus exhibere, quod pertinet ad iustitiam. Donum autem ad hoc ipsum abundantiori quodam affectu nos inducit, ut scilicet seruenti desiderio opera iustitie impleamus, sicut seruenti desiderio esuriens & sitiens cupit cibum uel potum. Vnde quarta beatitudo ponitur, Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam. Circa spontanea uero dona nos perficit uirtus, ut illis donemus, quibus ratio dicitur esse donandum, puta amicis, aut aliis nobis coniunctis, quod pertinet ad uirtutem liberalitatis, sed donum propter Dei reuerentiam solum necessitatem considerat in his, quibus gratuita beneficia prestat, unde dicitur Lucę 14. Cum facis pradium, aut cenam, noli uocare amicos, aut fratres &c. sed uoca pauperes, & debiles &c. quod proprie est misereri. Et ideo quinta beatitudo ponitur, Beati misericordes. Ea uero que ad contemplatiuam uitam pertinent, uel sunt ipsa beatitudo finalis, uel aliqua inchoatio eius, & ideo non ponuntur in beatitudinibus tanquam merita, sed tanquam premia: ponuntur autem tanquam merita effectus actiue uitae, quibus homo disponitur ad contemplatiuam uitam: effectus autem actiue uitae, quantum ad uirtutes & dona, quibus homo perficitur in seipso, est munditia cordis, ut scilicet mens hominis passionibus non inquinetur. Vnde sexta beatitudo ponitur, Beati mundo corde. Quantum uero ad uirtutes & dona, quibus homo perficitur in comparatione ad proximum, effectus actiue uitae est pax, secundum illud Isa. 30. Opus iustitie pax. Et ideo septima beatitudo ponitur, Beati pacifici.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod actus donorum pertinentium ad uitam actiuam, exprimuntur in ipsis meritis: sed actus donorum pertinentium ad uitam contemplatiuam, exprimuntur in premiis ratione iam dicta. Videre. n. Deum respondet dono intellectus, & conformari Deo quadam filiatione adoptiua, pertinet ad donum sapientiae.

AD SECUNDUM dicendum, quod in his que pertinent ad actiuam uitam, cognitio non queritur propter se ipsam, sed propter operationem, ut etiam Phil. dicit in 2. \* Eth. Et ideo quia beatitudo aliquid ultimum importat, non computantur inter beatitudines actus donorum dirigentium in uita actiua, quos, scilicet sicut consiliari est actus consilii, & iudicare est actus scientiae, sed magis attribuuntur eis actus operatiui in quibus diriguntur, sicut scientiae lugere, & consilio misereri.

AD TERTIUM dicendum, quod in attributione beatitudinum ad dona, possunt duo considerari. Quorum unum est conformitas materiae, & secundum hoc prima omnes quae beatitudines possunt attribui scientiae & consilio, tanquam dirigentibus: sed inter dona exequentia distribuuntur, ita scilicet esuries, & sitis iustitiae, & est misericordia pertinent ad pietatem, quae perficit hominem in his que sunt ad alterum, mittas autem ad fortitudinem. Dicit enim Ambrosius super Lucam, quod fortitudinis est irauincere, indignatione cohibere: est. n. fortitudo circa passiones irascibilis, paupertas uero & luctus pertinent ad donum timoris, quo homo se retrahit a cupiditatibus, & delectationibus mundi. Alio modo possumus in his beatitudinibus considerare motiua ipsarum, & sic quantum ad aliqua eorum oportet aliter attribuire. precipue. n. ad mansuetudinem mouet reuerentia ad Deum, quae pertinet ad pietatem: ad luctum autem mouet precipue scientia, per quam homo cognoscit defectus suos, & rerum mundanarum secundum illud Eccl. 1. Qui addit scientiam, addit dolorem. Ad esuriendum autem iustitiae opera, precipue mouet animi fortitudo: ad miserandum uero precipue mouet consilium Dei, secundum illud Dicitur. 4. Consilium meum regi placeat, Peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordiam pauperum. Et hunc modum attributionis sequitur Augustinus in libro de sermone Domini in monte.

AD QUARTUM dicendum, quod necesse est beatitudines omnes, quae in sacra scriptura ponuntur, ad has reduci uel quantum ad merita, uel quantum ad premia: quia necesse est, quod omnes pertineant aliquo modo ad uitam contemplatiuam. unde quod dicitur, Beatus uir qui corripitur a Domino, pertinet ad beatitudinem luctus; quod uero dicitur, Beatus uir qui non abiit in consilio impiorum, pertinet ad munditiam cordis: quod uero dicitur, Beatus uir qui inuenit sapientiam, pertinet ad premium septime beatitudinis. Et idem patet de omnibus aliis, quae possunt induci.

AD QUINTUM dicendum, quod octaua beatitudo est quedam confirmatio & manifestatio omnium precedentium. ex hoc. n. quod aliquis est confirmatus in paupertate spiritus & mititate, & aliis sequentibus, pronenit quod ab his bonis propter aliquam perfectionem non recedit, unde octaua beatitudo quocumque modo ad septem precedentes pertinet.

AD SEXTUM dicendum, quod Lucas narrat sermone Domini factum esse ad turbas, unde beatitudines enumerantur ab eo secundum capacitatem turbarum, quae sola uoluptuosam, & temporalē, & terrenam beatitudinem uenerunt. unde Dominus per quatuor beatitudines quatuor excludit quae ad praedictam beatitudinem pertinent uidentur. Quorum primum est, abundantia bonorum exteriorum, quod excludit per hoc quod dicit, Beati pauperes. Secundum est, quod sit bene homini quantum ad corpus in cibis & potibus, & aliis huiusmodi, hoc excludit per secundum quod ponit, Beati qui esuriunt. Tertium est, quod sit homini bene quantum ad carnis iucunditatem: & hoc excludit tertio dicens, Beati qui nunc sletis. Quartum est, exterior hominum laudem, & hoc excludit quarto dicens, Beati eritis cum uiderint homines. Et sicut Ambrosius dicit paupertas pertinet ad iustitiam, quia qui esurit, copatur, & patiente largitur: sletus ad prudentiam, cuius est re occidua, pati odium hominum ad fortitudinem.

ARTICVLVS IIII.

Utrum premia beatitudinum conuenienter enumerentur.

AD QUARTUM sic proceditur. Videtur, quod premia beatitudinum inconuenienter enumerentur. In regno enim caelorum, quod est uita eterna, bona omnia continentur. posito ergo regno caelorum, non oportuit alia premia ponere.

¶ 2 Praet. Regnum caelorum ponitur pro premio in prima beatitudine, & in octaua. ergo eadem debuit poni in omnibus.

¶ 3 Praet. In beatitudinibus proceditur a seculo ad seculum. sicut Ang. dicit. In premiis autem uidetur praecedere delectatio, nam possessio terre est minus quam regnum caelorum. ergo inconuenienter huiusmodi premia assignantur huiusmodi proponentis.

RESPON.

In cor. ar.

ca. 10. 5.

Amb. in suo lib. sup. Lu. c. cuius tit. est, De ser. Teu & beatitudinib. p. borum 15.



**RESPON.** Dicendum, qd premia ista conuenientif A  
 sume assignantur considerata conditione beatitudi-  
 num secundum tres beatitudines supra assignatas.  
 Tres. n. primæ beatitudines accipiuntur per retractio-  
 nem ab his, in quibus uoluptuosa beatitudo confi-  
 sit, quam hō desiderat, quærens id quod naturaliter  
 desideratur, non ubi quærere dēt. in Deo, sed in re-  
 bus temporalibus & caducis; & ideo præmia trium  
 primarum beatitudinum accipiuntur secundum ea  
 quæ in beatitudine terrena aliqui quærunt. Quærunt  
 enim homines in rebus exterioribus. scilicet, & ho-  
 noribus excellentiam quandam & abundantiam, quo-  
 rum utrumque importat regnum cælorum, per qd  
 homo consequitur excellentiam & abundantiam bo-  
 norum in Deo: & iō regnum cælorum Domin⁹ pau-  
 peribus spiritu reppromittit. Quærunt autem hoīes fe-  
 roces & immites per litigia & bella securitatem sibi  
 acquirere, inimicos suos destruendo; unde Domin⁹  
 reppromittit mitibus securam & quietam possessionē  
 terræ uiuentium, per quam significatur soliditas æter-  
 norum bonorum. Quærunt autem hoīes in concu-  
 piscentijs, & delectationibus mundi habere cōsolati-  
 onē cōtra præsentis uitæ labores, & ideo Dñs cōso-  
 lationem uitæ lugentibus reppromittit. Aliæ uerò duæ  
 beatitudines pertinent ad opera actiue beatitudines,  
 quæ sunt opera uirtutum ordinatium hominem ad  
 proximum, a quibus operibus aliqui retrahuntur p-  
 pter inordinatum amorem proprii boni. & ideo Do-  
 minus attribuit illa præmia his beatitudinibus, ppter  
 quæ hoīes ab eis diuertunt. Discedunt. n. aliqui ab o-  
 peribus iustitiæ non reddentes debitū, sed potius a-  
 lienæ rapientes, ut bonis temporalibus impleantur:  
 & ideo Dominus esurientibus iustitiam, saturitatem  
 reppromittit. Discedunt etiam aliqui ab operibus mise-  
 ricordie, ne se immisceat miseris alienis: & ideo Do-  
 minus misericordibus reppromittit misericordiam,  
 per quam ab omni miseria liberentur. Alię uerò duæ  
 ultimæ beatitudines pertinent ad contemplatiuum  
 felicitatem seu beatitudinem, & iō secundum conue-  
 nientiam dispositionum, quæ ponuntur in merito,  
 præmia redduntur, nam munditia oculi disponit ad  
 clare uidēdū, vñ mundis corde diuina uisio reppro-  
 mittitur. Constatuere uerò pacem uel in seipso, uel in  
 ter alios, manifestat hoīem esse Dei imitatorē, qui  
 est Deus unitatis & pacis. & ideo pro p̄m̄ijs redditur  
 ei gloria diuine filiationis, quæ est in perfecta coniu-  
 ctione ad Deum per sapientiam consumatam.

**AD PRIMVM** ergo dicendum, quod sicut Chryf.  
 dicit, Omnia præmia ista unum sunt in re. scilicet, beatitu-  
 do æterna, quam intellectus humanus non capit: &  
 ideo oportuit quod per diuersa bona nobis nota, de-  
 scriberetur obseruata conuenientia ad merita, quib.  
 præmia attribuuntur.

**AD SECVNDVM** dicendum, quod sicut octaua bea-  
 titudo est firmitas quædam omnium beatitudinum,  
 ita debentur sibi omnium beatitudinum præmia, &  
 ideo redit ad caput, ut intelligantur sibi consequen-  
 ter omnia præmia attribui. Vel secundum \* Am-  
 brof. pauperibus spiritu reppromittitur regnum cœ-  
 lorum quantum ad gloriam animæ, sed passis per-  
 sectionem in corpore, quantum ad gloriam corpo-  
 ris.

**AD TERTIVM** dicendum, quod et præmia se-  
 cundum additionem se habent adinuicem, nā plus  
 est possidere terram regni cœlorū, q̄ simpliciter ha-  
 bere multa enim habemus, q̄ non firmiter & pacifi-  
 ce possidemus. Plus est etiam consolari in regno, q̄  
 habere & possidere, multa enim cum dolore posside-  
 mus. Plus est etiam saturari, quam simpliciter conso-

lari: nam saturitas abundantiam consolationis im-  
 portat. Misericordia uerò excedit saturitatē, ut plus  
 scilicet homo accipiat, quam meruerit, uel desidera-  
 re poterit. Adhuc autem maius est Deum uidere  
 sicut maior est qui in curia regis non solum prandet  
 sed etiam faciem regis uidet. Summam autem digni-  
 tatem in domo regia filius regis habet.

QVAESTIO LXX.

De fructibus Spiritus sancti, in quatuor  
articulos diuisa.

**DE** INDE considerandum est de fructibus.

**ET** CIRCA hoc quæruntur quatuor.

¶ **Primò**, Vtrum fructus Spiritus sancti sint  
actus.

¶ **Secundò**, Vtrum differant a beatitudinibus.

¶ **Tertiò**, De eorum numero.

¶ **Quartò**, De oppositione eorum ad opera carnis.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum fructus Spiritus sancti, quos & Apostolus no-  
minat ad Galat. 5. sint actus.

**AD PRIMVM** sic proceditur. Videtur, quod  
 fructus Spiritus sancti, quos Apostolus nomi-  
 nat ad Galat. 5. non sint actus. Id enim cuius est alius  
 fructus, non debet dici fructus, sic enim in infinitū  
 iretur; sed actuum nostrorum est aliquis fructus. di-  
 citur enim Sapient. 4. Bonorum laborum gloriosus  
 est fructus. Et Ioan. 4. Qui metit, mercedem accipit,  
 & fructum congregat in uitam æternam. ergo ipsi  
 actus nostri non dicuntur fructus.

¶ **2. Præterea**, Sicut Aug. dicit in 10. de \* Tri. Fruimur co-  
 gnitis, in quibus uoluntas ipsa delectata conuiescit:  
 sed uoluntas nostra non dēt conuiescere in actibus  
 nostris pp se. ergo actus nostri fructus dici nō debēt.

¶ **3. Præterea**, Inter fructus Spiritus sancti enumeran-  
 tur ab Apostolo aliquæ uirtutes. scilicet, charitas, mansue-  
 tudo, fides, & castitas; uirtutes autem non sunt actus,  
 sed habitus, ut \* supra dictum est. ergo fructus non  
 sunt actus.

**SED CONTRA** est, quod dicitur Matt. 12. Ex fructu  
 arbor cognoscitur, id est ex operibus suis homo, ut  
 ibi exponitur a sanctis. ergo ipsi actus humani dicun-  
 tur fructus.

**RESPON.** Dicendum, quod nomen fructus a cor-  
 poralibus ad spiritualia est translatum. Dicitur autē  
 in corporalibus fructus id, quod ex planta produci-  
 tur, cū ad perfectionem peruenerit, & quandā in se  
 suauitatem habet. Qui quidem fructus ad duo cōpa-  
 rari potest. scilicet, ad arborem producentem ipsum, & ad  
 hominem qui fructum ex arbore adipiscitur. secun-  
 dum hoc igitur, nomē fructus in rebus spiritualibus  
 dupliciter accipere possumus. Vno modo, ut dicatur  
 fructus hominis quasi arboris id, qd ab eo produci-  
 tur. Alio modo dicatur fructus hominis id, qd ho-  
 mo adipiscitur; nō autem omne id quod adipiscitur  
 homo, habet rationem fructus, sed id qd est ultimū  
 delectationem habens. Habet. n. homo agrum, & ar-  
 borem, quæ fructus nō dicuntur, sed solum id qd est  
 ultimū, quod. scilicet, ex agro & arbore homo intēdit ha-  
 bere: & secundum hoc fructus hominis dicitur ulti-  
 mus hominis finis, quo debet frui. Si autem dicatur  
 fructus hominis id, quod ex homine produciatur, sic  
 ipsi actus humani fructus dicuntur. Operatio. n. est  
 actus secundus operantis, & delectationem habet, si

Prima Secunda S. Thomæ.